

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Apostoli g
cum uariis

Non sine causa factum putemus quod una die, uno loco, unius tyranni apostoli tollerauere sentenciam. Vna die passi sunt ut ad Christum pariter peruenirent; uno loco ne alteri Roma deesset; sub uno persecutore ut equalis crudelitas utrumque constringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro uirtute.

Ambrosius in sermone apostolorum Petri et Pauli.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

tollereuere] tollerauerunt M P V¹ V² L¹ L²